deinceps ipse chronometrice sunt patres et fratres pro tempore existentes quolibet septimana modo ut praemissum est complendo prosequendoque insuper praesentibus literis nostris cavemus et firmiter tenendum promittimus quod si contigerit summam capitalem quinque millium florenorum de bonis praefatis villis Kormanice et Komusza ab haeredibus et possessoribus bonorum eorundem refundi ac deportari bonaque ipsa ab inscriptione praedicta liberari extunc tenebimur cum conventu nostro nunc et pro tempore 1287 1291
existenti eandem quinque millium florenorum summam in alijs bonis terrestribus mundis ac liberis in terra et districtu Premisliensi consistentibus pro emendo censu pretio collocare. Ad extremum pro obtinendo eiusdem submissionis nostrae robore maiori (quae tamen semper inviolabiliter observari debebit) adstringimus et obligamus nos consensum admodum Reverendi Patris nostri generalis tum et provincialis capituli super praemissa omnia ac singula approbanda ac pro tempore temporibus manu tenenda impetrare ac ad manus Magnifici Domini Benefactoris nostri tradere in quorum fidem evidentiusque testimonium praesentes supra scriptas manibus nostris subscriptas et sigillo conventus nostri communitas damus datum Premisliae in Conventu nostro die Vigesima prima Maij Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo Nono Frater Archangelus a Sancto Michaele Provincialis manu propria Frater Julianus a Matre Dei Prior manu propria Frater Seraphinus a Sancto Michaele Frater Elias a Sanctissimo Sacramento, Frater Florianus a Sanctissimo Sacramento, Frater Casimirus a Sancta Maria, Frater Anzelmus ab annuntiatione, Frater Henricus a Sancto Joseph, Frater Basilius a Spiritu Sancto, Frater Alexander a Jesu, Frater Victor a Sancta Theressia, Frater Stephanus a Sancto Andrea, Frater Casimirus a Matre Dei Locus sigilli ordinarii conventus praefati post cuius recognitionem inscriptionis originalis recensitae offerentis extraditum est

Similiter Franciscanis Premisliensis Una cum Oblata Submissionis ipsorum

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal.
Premisliensibus Generosus Andreas Maximilianus Fredro a Plesowice olim
Generosi Stephani a Plesowice Fredro Dapiferi Terrae Premisliensis
filius bonorum villae Kosmanie et Mlodowice haeres sanus mente
et corpore existens a terrae districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis
quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Jurisdictioni
Castrensi Capitaneali Premisliensi quoad Actum modernum attinet
1282 se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter appli-
1257 care incorporando subjiciendoque palam libere publice ac expresse
recognovit Quod ipse notum perspectumque habens nulla alia maiora
beneficia generi humano a munificentia Dei Optimi Maximi Liberali-
tate impartita esse quam ea quae ex Unigeniti filii eius et Domini
nostri JESU Christi Salutifera passione promanarunt ob eam enim
acerbitate damnationis nostrae decretum abolitum est, feralis mortis chyro-
graphum deletum, jugum diabolicae servitutis excussum, gratia Dei o-
mnipotentis restaurata, coelum denique nobis reseratum est. Igitur tanti
beneficii magnitudo iure merito id a nobis postulat ut ibi nostra figa-
mus corda ubi vera saluti nostrae sunt antidota, et quem sal-
vati ac liberati sumus in eius passionis meditatione iugiter delectemur
quod in votis habens memoratus recognoscens ut tam sublimi di-
vino Beneficio sacratissimae Dominicae passionis perenne sum-
ma consecraret monumentis, ideo diuturna et prudenti deliberatione
praemissa intuitu fundationis suae eam in rem ordinandae et per reve-
rendos ac Religiosos Patres ac Fratres ordinis Divi Francisci
conventualium minorum Conventus Premisliensis conservandae summam
quatuor Millium florenorum pecuniae Polonicae monetae et numeri in regno
currentis Reverendo ac Religioso Patri Bonaventurae Wayszewic
Custodi eorundem Patrum et fratrum sancti Francisci Ordinis conven-
tualium, Premisliensis conventus totique eidem Conventui nunc et pro
tempore existenti ex mera sua ac libera voluntate atque liberali-
tate inscribit, eandemque summam in bonis suis praefatis propriis et
haereditariis villae Mlodowice in terra et districtu praesenti Pre-
misliensi consistenti cum omni proventu omni iure dominio et
proprietate competentiaque et praerogativa quavis Omnibusque et singulis

bonis

bonorum eorundem Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus emolumentis obventionibus attinentijsque et pertinentijs quibuslibet Universis Nihil exinde omissis iuris domini et proprietatis ac cuiuvis beneficij pro se recognoscente suisque successoribus aut alio quovis reservans sed exigiens collocavit demonstravit et assecuravit prout praesentibus collocat demonstrat et assecurat, in Vim tamen reemptionis alias na wyderkaf. Et iam ex nunc memoratus recognoscens se suosque successores 1788
et bonorum praedictorum haeredes et possessores praenominato Rndo 1293
ac Religioso Patri custodi eiusque successoribus, atque toti eidem conventui nunc et pro tempore existenti inscribit et obligat respectu census annui a summa praedicta capitali quatuor millium florenorum Polorum provenientis summam trecentorum viginti florenorum pecuniae Polorum ex crescentijs, proventibus, censibus alijsque quibusuis redditibus memoratorum bonorum annuatim pro die et festo conversionis Sancti Pauli Apostoli mediante manuali quietatione custodis pro tempore existentis cum subscriptione manus ipsius et sub impressione sigilli conventus dare solvere, et proprio nuntio huc Premisliam transmittere eo videlicet ordine et modo, ut respectu medietatis anni nunc currentis millesimi sexcentesimi quadragesimi Noni et ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime venturum sese protendentis ac determinantis medietas census annui videlicet centum sexaginta florenorum Polonicalium (ab actu inscriptionis praesentis persolutam de qua persoluta medietate census Generosus recognoscens praesenti inscriptione ex nunc quietatur) quantum vero toto et integro censum annuum a summa originali in Vim reemptionis inscripta videlicet trecentos viginti florenos Polonicales attinet, hunc generosus recognoscens prout se et suos successores bonorumque suprascriptorum possessores et haeredes inscribit et obligat pro festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime in anno Millesimo sexcentesimo quinquagesimo venturo, eundem annum videlicet Millesimum sexcentesimum quinquagesimum anticipando modo suprascripto ad manus Rndorum Patrum Conventus suprascripti mediante quietatione manuali sequenti in annos futuros sequentibus

exsolvere

exolvere tenebitur eandem solutionem deinceps singulis festis et annis
anticipative sese sequentibus continuando eo usque quoad census ipse
exemptionali de bonis recensitis pro summa capitali totius et integrae
exolutionem et in alia bona terrae terrae et districtus praesentis munda
et libera translationem deportatus non fuerit sed sub vadio summae
~~1284~~ capitali quatuor millium florenorum Polonicorum correspondentis per annos Grow:
1294 Recognentes vel suos successores bonorum praefatorum haeredes et posses-
sores recensitos Custodi eiusque successoribus ac toti Conventui praefato
nunc et pro tempore existenti in casu non solutionis et non trans-
missionis eiusdem census annui quandocunque opus fuerit ad solvendum
succumbere. Et iam ex nunc et de facto memoratus recognens
praefatus creditoribus suis in bona praefata Mrodowice summae capitali
et censui obnoxia, coram Officio praesenti dat et admittit realem
Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem
quemvis competentem regni Generosum et Nobiles duos die quacunque vo-
luerit in fundo bonorum praefatorum officiose erectam, per ipsum-
met Rndum ac Religiosum custodem eiusque successores totumque ipsius
conventum nunc et pro tempore existentem bona praefata summae et cen-
sui onerata cum universis ipsorum utilitatibus et usufructibus tenendi
habendi et possidendi illis quiete et pacifice utifruendi ac ad suos
suorumque successorum quos iure temporaliter usus fructus libere et
effectualiter convertendi praesentis inscriptionis recognitionis vigore debebunt
et tenebuntur memorati regnantes. Quodsi Andreas Maximilianus
Fredro prout se suosque successores et bonorum praefatorum haeredes
et possessores in et super bonis suis quibusvis omnibus recensitis Custo-
di conventuique praefati totique conventui inscribit et obligat praesens
ipsum et eius successores dictumque conventum nunc et pro tempore e-
xistentem ab omni et quavis impetitione iuridica quarumcunque perso-
narum cuiuscunque conditionis status et sexus quiuis existentium
in dictis bonis et ratione eorundem omnium, exorienda in omni Iudicio
et Officio regni toties quoties opus fuerit tueri defendere evince-
re intercedere et eliberare indemnemque et indemnes reddere
Nec non bona praefata summae Capitali et censui obnoxia

ab omni
6

ab omnibus in genere civilibus et inscriptionibus prioribus et posterioribus
in eisdem bonis inscriptis modo quovis cuicunque personarum factis et
faciendis, tum etiam à quibusvis Citationibus in eadem bona impor-
tatis et importandis breviter denique et quibusvis processibus iuris iu- 1785
bentis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus in quovis 1295
Judicio et Officio regni obtentis et obtinendis ac supra dictis
bonis innodatis, productis et producendis emundare et eliberare
mundaque et libera semper facere, ac etiam introductionem praefatam coram
Officio praesenti admissam in fundo bonorum eorundem dum Anten-
et Nobiles officiose requiretur non denegare imo debebit et tenebitur
eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa
eadem possessione et usufructu summissorum quovis modo tam a se po-
ssessoreque et haeredes bonorum quam super sua quasvis submissas
et subordinatas personas non prohibere nec adimere ipsosque re-
ceptos Custodem et totius conventus nunc et pro tempore existentem
in dictis bonis non iniuriari ita ut haec eadem cum universis
ipsorum utilitatibus et emolumentis tenere habere et possidere queant
ad reemptionem usque et summae capitalis alio transportationem mo-
do praemisso faciendam Idque sub alio simili et eorsino vadio
summae capitali correspondenti quatuor millium florenorum Polon.
per eundem recognoscentem Generosum Fredro sive ipsius successores
bonorumque haeredes et possessores praefato Rndo ac religioso
Custodi totique conventui nunc et pro tempore existenti ob non comple-
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in
toto toties quoties quis fuerit ad solvendum succumbendum Pro qui-
bus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succum-
bitur ac pro re aliqua principali summissi non completa complens
Status existens renovatus recognoscens Generosus Andreas Ma-
ximilianus Fredro suis cum posteris bonorumque summa capitali
et censu oneratorum haeredibus et possessoribus Ad Instantiam e-
iusdem Custodis ordinis minorum conventualium sancti Francisci
conventus Premisliensis eiusque succedaneorum atque totius conventus praefati
nunc et pro tempore existentis Ad Officium praesens Castrense Capit.

Premisl

Premiss. ex tunc recessu supraserv. quoad respondend. spectat mediante sexq. in primo citationis termino tanquam peremptorio stare purgarere respondere vadem vel vadia praefata breve

180 serv. pro[sen]ti satisfacere omnes iudicati qui debebunt

129 et tenebunt seq. ac suos successores et bonor. eorund. haeredes et possessores ad eaq. omnia obligat eund. terminum primum peremptorium et alios oes exinde consequentes causa eiusd. terminos sexq. peremptorios veri infirmitate pro maiori minorennitate successor. legatione intra vel extra regnum servitio militar., ad munimenta ad emptores vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem ultra prior terminos Officij praefat. Castrens. Premischiensis dellaor. sibi non requirendo nullasq. motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis exceptionibus suspensionibus fatalijs iuris praeservat. Terr. bello conventioneq. alijsq. quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo neq. quovis modo euadendo praesenti sua personali recognitione ad praemissa omnia mediante

Et hic subinde coram eod. officio actisq. praes. Castrens. Capitan. Premiss. personaliter comparentes Rndi ac religiosi Patres Bonaventura Wayszewic Custos et Antonius [illegible] concionator suo et totius conventus sui Premischiens. ordinis minorum conventualium Sancti Francisci nomine, pro cuius ratihabitione cavent et se praesentibus inscribunt quia ipsi habito prius apud see in conventu suo praedicto rad. consummendorum in se infrascriptorum onerum particulari capitulo ad pulsum campanae congregato de unanimi omnium Patrum et Fratrum totius conventus sui praefati consensu et accedente libera in id ipsum voluntate recognitionem et submissionem suam perpetuis temporibus a suo conventu praefato tenendam et complendam infrascriptorum rad. a conventu suo emanat. atq. in formam authentici instrumenti reductam cum subscriptione manuum Patrum ordinis eiusd. appositioneq. sigilli ordinarij con-

ventus

uentes Officio praesenti ad Aktandum porrexerunt seheruntque eandem submissionem suam circa rerum memoratam Inscriptionis reemphonati modo praemisso sibi recognitis vt ad eam sese in toto referendo inseri et ab Officio praesenti suscipi quorum affectationi vt licitae annuendo consens Officium praesens inhaerendo eandem recognitionem seu submissionem infrascriptam suscepit et in actis sua ingrossari mandauit de tenore tali 1797

Notum facimus praesentibus literis nostris quorum interest Universis quod cum Magnificus ac generosus Dominus Andreas Maximilianus a Bo[...] Fredro animum suum eo inclinasset, vt nos et conuentum nostrum nouo beneficio cumularet, per inscriptionem coram Actis Castrensis Premisliensis in vim reemptionis certum annuum, a summa Capitali quatuor millium florenorum prouenientem, ob idque nouam in Ecclesia Conuentus nostri fundationem constituendo nimirum ingiis Dominicae passionis memoriis, ad excitandum in mentibus Christi fidelium erga illam Zelum et deuotionem, erigeret. Quapropter tam pijs et salutaribus beneplacitis Magnifici Domini Fundatoris nostri annuentes, et desiderijs eius voto et obsequio nostro cooperantes coaptato prius in capitulo particulari maturo de his consilio, ex vnanimi Patrum et fratrum ordinis et conuentus nostri Premisliensis consensu: submittimus et obligamus nos totumque conuentum nostrum nunc et pro tempore existentem perpetuis temporibus. Quod in Ecclesia Sanctae Mariae Magdalenae Conuentus nostri qualibet feria sexta anni et septimanis continue se comitantibus, vespertino tempore post finitum completorium concio ac praedicatio verbi Diuini ad populum fidelem per ordinarium conuentus nostri praedicatorem seu alium quempiam idoneum Presbyterum ex ambona et suggestu publico, peragetur, et sacrosancti passionis Dominicae mysterio, ac infinita in nos, totumque genus humanum cumulata Dei Misericordia; qui vt seruum redimeret, proprium filium tradere et crudeli morti addicere dignatus est Post finitum autem sermonem verbi Dei, illico idem ordinarius vel eius substitutus obligabitur ad commendandum fidelium orationibus animas defunctorum fidelium Stanguinis et prosapiae Magnificorum Dominorum

Fredro

Fredros antecessorum Mag[ci] Domini Fundatoris nostri adiungeas
288 pro votis et suffragijs fidelis populi ipsiusmet Mag[ci] fundatoris
nostri feliciter de hac vita ad aeternitatem transitus, post fatalem
1298 vero eius ex hoc mundo commigrationem, pro anima illius in re-
quiei sede et loco beatitudinis collocanda, Insuper commemorabitur hoc
praemissa Passionis Dominicae per Patres et Fratres Conventus
nostri a toto choro cum organis et Musica tam vocali quam in-
strumentali decantatio: praetitus ut praemissum est temporibus quali-
bet feria sexta in tempore superius definito durante ac deinde
tandem ad Dei Opt. Max. Gloriam amplificandam et propagandam
Incipiendo hanc ipsam obligationem peragendarum concionum et
decantandarum passionum caeterorumque superius expressorum officiorum
ab actu praesentis submissionis et recognitionis nostrae, eamque deinceps
ille et conventus sui patres et fratres perpetuis temporibus qualibet
septimana modo ut praemissum est complendo et sub rigore districti ju-
dicij Divini ac culpa mortali prosequendo Ipsi praesentibus literis
nostris canemus et firmiter tenendum promittimus: quod si contige-
rit summam Capitalem quatuor Millium florenorum Polon. de bonis
villae Modowice ab haeredibus et possessoribus bonorum eorundem repandi
ac deportari, bonaque ipsa ab inscriptione praedicta liberari: Extunc te-
nebimur cum conventu nostro nunc et pro tempore existenti eandem
quatuor Millium florenorum summam, in alijs bonis terrestribus mun-
dis ac liberis in terra ac districtu Premisliensi consistentibus pro censu
certo praetitus collocare Ad extremum pro obtinendo eiusdem sub-
missionis nostrae maiori robore (quod tamen ab actu illius observari
inviolabiliter debebit) adstringimus et obligamus nos Consensum
Admodum Rndi Patris nostri Gnalis, tum et Provincialis Capituli
super praemissa omnia et singula approbanda ac praetitis tempori-
bus manu tenenda impetrare ac ad manus Mag[ci] Domini Funda-
toris et benefactoris supraescripti tradere, quae omnia sub fide re-
ligione et conscientijs nostris complere nos adstringimus In quorum
fidem evidentiusque testimonium praesentes manibus nostris sub-
scriptas et sigillo conventus nostri communitas damus Datum

Premisl

Premisliae in Conventu nostro Vigesima prima Maij Anno Do-
mini Millesimo sexcentesimo quadragesimo Nono. Frater Bo- 1289
naventura Wayssowic S.T.B: custos et Guardianus Conventus Premisl.
Frater Antonius Frysowic S.T.B: praesidens et concionator Ordina-
rius Conventus Premisliensis et filius eiusdem Conventus Frater Franci-
scus Strusowicz Prior Conventus et Secretarius Frater Antonius
Okolski Frater Daniel Ruglewicz, Frater Valentinus Jaremba
Frater Casimirus Grzymalski Frater Florianus Jastowicz Vi-
ce Chori et Secretarius Iuratus Conventus praefati. Locus sigilli conventus
post cuius quidem recognitionem sensu submissionis ingrossationis originalis
recensiti offerentibus extraditum est.

1289

Grabia Succamerio Premislien[si] tenetur

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Premisliensibus Generosus Joannes Matthias Grabia sanus mente et corpore
existens a terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis pro-
priis et competentibus recedendo praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitaneali
Premisliensi quoad Actum modernum attinet se cum successoribus bonisque
suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando subiiciendoque
palam libere iubet ac sponte recognovit Quia ipse Generoso Fran-
cisco Dubrawski Succamerario terrae Premisliensis eiusque posteris
summam sex millium florenorum Polonicalium cursus veri iusti et legitimi
debiti mutuatorumque eiusdem ipsius [illegible] se recognoscentis pecuniis tenetur
atque debet quam quidem summam supradictam idem recognoscens Generosus Gra-
bia se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque
pecuniis quibusvis habitis et habendis eidem Generoso Succamerario Pre-
misliensi eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus hic et ab actis
praesentibus pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
et immediate Venturo dare solvere et coram Officio Actisque praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et [illegible]
repositionis et relictae rursus ab eodem Officio non [illegible]
tare aut alio quovis modo solutionem eiusdem summae impugnare

idque